

Die Urkunden der Burgundischen Rudolfinger, 169

Dilecto atque amabili fratri nostro Odolrico in Christo ego in dei nomine Burchardus
Lugdunensis ecclesie archiepiscopus et abbacie almi Mauricii abbas.

Dum non habetur incognitum, qualiter vos res vestras sancto Mauricio et canonicis ibidem
die noctuque servientibus condonastis seu delegastis, sicut incessio vestra commemorat, et
sunt site eedem res in commictatu Geneuense in villa Mulbeengi, tam de terris quam de
servis et ancillis quicquid ad ipsam villam vel ad ipsum fiscum pertinet et pertinere debet.
Postea vero vestra fuit peticio et nostra ac senioris nostri regis Rodulphi et canonicorum
nostrorum non denegavit benignolencia, ut ipsas res, quas nobis donastis, et alias res
nostras ad predictam abbaciam pertinentes vobis in prestariam concederemus — quod et
fecimus — coniacentes in pago Lausonense et in commitatu Bargense in villa que dicitur
Corlinginus, quidquid in ipsam villam habet vel habere debet, hoc igitur ordine, ut ipsas
res, quas nos illi donamus, et alias, quas sancto Mauricio pro prestaria dedit, teneat et
possideat tam ille Odolricus quam uxor sua Gireldis et unus illorum filius de illis duobus
procreatus et natus, ea vero ratione, ut singulis annis in festo sancti Mauricii persolvat
censum solidorum VI; et si uno anno neglegens de censu apparuerit, in altero duplum
reddat, et sic secure teneat et possideat. Hec itaque carta maneat stabilis et firma vel omni
firmitate subnixa.

Anselmus firmavit. Hugo firmavit. Turumbertus firmavit.

Suzo hanc complevit cartam.